

hanc Evengelii lectionem et explicationem ex praecepto Pontificis Summi ipsis injuncto in hac Provincia.

17. Vi tractatus initi inter Episcopos huius Provinciae quotiescumque agatur de publicationibus matrimonialibus vel informationibus exquirendis super libertate eorum qui matrimonium contrahere volunt, Parochi directe mittent litteras supplicatorias Parocho alterius ex dioecibus Provinciae, quin necesse amplius sit ad respectivas curias episcopales recurrere, dum modo tamen Parochis constet de authentia litterarum et responsionis. Hoc etiam intelligendum est de attestazione baptismatis nuper praecepta ab Apostolica Sede.

18. Confessarii in ecclesia semper utantur superpelliceo et stola violacea pro audiendis confessionibus. Id autem etiam erit servandum cum Sacerdos domi aegrotarum confessionem excipiat, nisi urgentia casus obstet.

19. Quum Summii Pontificis vota veluti mandata sint habenda, visum est nobis textum pro christiana doctrina tradenda obligatorium declarare Catechismum Pii Papae X: nullo igitur alio textu uti licet in scholis, collegiis et catechesibus parochialibus a 1 Januarii anni 1913.

20. Uniformitati consulentes et Ecclesiae Romanae adhaerentes, praecipimus usum superpellicei sub forma cottae romanae, id est, quae non descendat ultra genua, manicas habens breves et amplas nec tota sit ex opere reticulato sed major eius pars ex lineo linteo.

21. Ad uniformitatem in tota Provincia procurandam, Manuale Liturgicum I. B. Herdt tamquam textus in Seminariis adhibeatur, et clericis omnibus inserviat pro directione in re liturgica. Privilegia autem nulla sunt agno-

scenda, etiam Hispaniae concessa, praeter ea quae continentur in Const. Apost. *Trans Oceanum*.

22. Rituali Romano utantur omnes eique inhaereant in administrationem Sacramentorum et in aliis functionibus ritualibus. In celebratione vero nuptiarum et in administratione SSmi. Viatici ritus Manualis Toletani retinendus est,

23. Omnibus nostrarum Dioeesium Sacerdotibus in memoriam revocatur decretum Concilii Plenarii Americae Latinae sub num. 654, in quo clericis negotiatio prohibetur (1)

24. Sacerdotes qui senio vel aegritudine impediti, penuria insuper laborant pro sustentatione propria, ad Episcopum recurrant, qui eis subveniet meliori modo quo possit; ast nullo modo cum dedecore status clericalis mendicare audeant.

25. Monemus clericos ut vitent familiaritatem cum mulieribus, iuxta sancita in Concilio Plenario Americae Latinae sub num. 644.

Insuper eisdem prohibemus quod sine expressa Episcopi venia, secum habeant domi quascumque personas etiam consanguineas, praeter parentes, fratres, sorores et famulos aut ancillas qui condiciones adimpleant requisitas in praefato decreto Concilii Plenarii.

(1) Quoniam nonnulli clerici non videntur satis perpendere vim huius prohibitionis decretum citatum exscribimus ex Conc. Plen. eosque in Domino monemus ut ab omnibus his rebus hic vetitis abstineant. «Cum autem Apostolus dicat: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus*» (2. Tim. II, 4,) prohibemus, ne quis clericus

26 Clericis prohibemus facere expensas extraordinarias in favorem Ecclesiarum vel aliorum aedificiorum eorundem curae commissorum, sine expressa venia Episcopi. Similiter eis prohibetur aliquid emere non statim soluto pretio; debita enim ita contracta ab ipso clerico erunt solvenda. Cum vero restauratio aliqua vel aedificatio sit aggredienda, descriptio restorationis vel aedificii erit Episcopo praesentanda necnon summa pecuniae ad id necessaria Episcopo indicanda pro approbatione.

27. Ut cantus in Ecclesia respondeat severitati eiusdem catalogus compositionum cantus et musices edatur a probatus ab Episcopis huius Provinciae ut nemo permittat, sive in missis sive in aliis piis exercitiis, opus quodcumque perfici nisi in praedicto catalogo sit descriptum. Nova vero cantus vel musices opera non permittantur executioni mandari sine approbatione Episcopi.

28. In singulis dioecesibus nostris habendae sunt Deputationes pro Seminariis ad normam Concilii Tridentini. Ubi non habeatur, constituatur Director spiritualis alumnorum. Rectori aliisque qui directe invigilant super disciplinam Seminarii confessiones alumnorum non suscipiant.

29. Fovendum est studium Concilii Plenarii in Seminario, necnon de eo saepe tractetur in Conferentiis ecclesiasticis, ac in synodo de eo semper aliquid synodales

emptione, et venditione, quaestum cuiusvis generis exercere praesumat. Graviter peccant enim qui negotiationem cuiusvis generis, vel per se vel per alios, exercent, aut qui in ea exercenda laicis se socios adiungunt, vel qui opera publica sive suo sive alieno nomine, conducunt: et in reluctantes Episcopi poenas constituere debeat.»

interrogent, apponentes notam specialem de scientia sacerdotum in hac materia.

30. Parochi scripto exhibebunt Episcopo tempore visitationis pastoralis relationem status propriae Paroeciae, ad normam schematis ipsis mittendi. In hoc schemate speciales inquisitio fiet de observantia praescriptionum specialium Dioecesis. Haec dispositiones in libro speciali sunt semper exscribendae, exceptis litteris pastoralibus, de quibus in hoc libro nota tantum erit apponenda ac deinde archivio mandentur.

31. Commendamus clericis ut nomen dent societati clericorum pro mutuis subsidiis, quin per hoc clericus quisque privatus existimetur iure habendi subsidium quod Episcopus praebere ei possit cum necessitas urget.

32. Ordinarii semel in anno Seminarii visitationem instituent in qua singulos superiores, magistros et alunos audient et interrogabunt de iis omnibus quae ad bonum Seminarii pertinent. Curent Rectores, singulis annis hoc negotium Ordinario in memoriam revocare.

33. Conc. Plenarium n. 433, ait "Ordinarius stricte tenetur opportunis remediis providere ut rubricae et S. Rituum C. decreta rite serventur." Quare, omnibus clericis commendamus ut religiosae rubricarum observantiae consulant praesertim in Sacrosancto Missae Sacrificio: nec quis miretur si quis, etiam Parochus, in synodum vocetur ob negligentiam in re tanti momenti, omnesque serio cogitent peccatum etiam grave facile patrare qui rubricas non servat.

34. Singuli qui gratuito ex toto vel ex parte aluntur in seminario antequam theologiae curricula incipiant iureiurando sese obstringent non convolandi ad ordinem regu-

larem vel religiosam congregationem nisi per quatuor annos propriae inserviernit Ecclesiae post presbyteratus receptionem.

35 Cum elencus taxarum, vulgo *Arancel* praesertim in re matrimoniali, desideretur hodiernis circumstantiis respondens post maturam deliberationem efformatus est ac per praesentes litteras legitime promulgatus.

In hac re illud praecipue intendimus, praetextus scilicet allegatos a fidelibus vitandi, quibus in damnabili concubinato constituuntur. Nos non latet imminutionem taxarum nonnihil praeiudicii proventibus parochorum allaturam; ast damnum hoc postponendum certe est bono animarum; sperandum est etiam quod imminutio per matrimoniorum multiplicationem compensetur; denique si lapsu temporis aliud experientia suadeat, res iterum ad examen revocabitur.

Exemplar huius *Arancel* in loco publico officinae ubi matrimonia expediuntur affigatur, ut ad notitiam omnium pervenire possit.

36. Praesens edictum mittatur omnibus et singulis clericis etiam regularibus dioecesium nostrarum, legatur in proximiori conferentia ecclesiastica post eius receptionem, et omnibus commendetur ut secreto illud servant, et dubia quae circa eius interpretationem occurrant ad proprium referant Episcopum.


Datum Moreliae, die 3 mensis Septembris, anni Domini 1912.

† LEOPOLDUS, Archiepiscopus Mechoacanensis.

† EMMANUEL, Episcopus de Querétaro.

† JOSEPH OTHO, Episcopus Zamorensis.

† EMETHERIUS, Episcopus Leonensis.



ARANCEL

DE DERECHOS MATRIMONIALES PARA LAS DIOCESIS DE LA
PROVINCIA ECLESIASTICA DE MICHOACAN.

I.—Distínganse los fieles en cuatro clases.

Pertenecen á la primera las personas que vulgarmen-
se llaman *acomodadas* y que, en general viven de sus ren-
tas.

Pertenecen á la segunda las que, en cuanto á recur-
sos dícense de la *clase media*, como los que viven de algu-
na profesión ó empleo de regular sueldo, los comerciantes
de mediano capital, maestros de talleres, etc.

Pertenecen á la tercera los proletarios, como obreros,
artesanos, oficiales de taller, jornaleros, empleados con
sueldo menor de treinta pesos mensuales, etc.

Pertenecen á la cuarta los pobres de solemnidad.

II.—Las personas que pertenecen á la clase acomo-

dada, pagarán en sus presentaciones, por formar el expediente matrimonial, cuatro pesos.

Por las moniciones conciliares, cincuenta centavos por cada una.

Por un ocurso que se haga á la Sagrada Mitra pidiendo alguna dispensa, ó por otro motivo, dos pesos y cincuenta centavos.

Por la presentación hecha en casa particular, satisfará el interesado, á más de los derechos ordinarios, ocho pesos. Cuando la presentación se efectuare en paraje lejano, podrá aumentarse proporcionalmente lo que corresponda al Párroco ó Vicario y á la Notaría.

Por cada exhorto matrimonial que se expida para cualquiera Parroquia ó Vicaría de la misma Diócesis, cincuenta centavos.

Las misivas que se practiquen causarán los derechos de amonestaciones, á no ser que se pida media información; pues en este caso se pagará la mitad de los derechos que correspondan á una información.

Por la celebración del matrimonio y velación, trece pesos veinticinco centavos.

Por la misa á la madrugada, á más de los derechos anteriores, se pagarán cinco pesos cincuenta centavos. Se dará también sobre los derechos ordinarios, un peso más por cada hora que se aleje de las ocho cuando el matrimonio se celebre tarde.

Por la licencia para efectuar el matrimonio en otra iglesia que no sea la Parroquia, ocho pesos, los que se aplicarán á juicio del Ordinario,

III.—Los que pertenecen á la clase media pagarán:

Por la presentación y práctica de las diligencias ordinarias, tres pesos.

Por un ocurso que se haga á la Sagrada Mitra pidiendo alguna dispensa ó por otro motivo, dos pesos.

Por las moniciones conciliares, presentación hecha á domicilio ó en lugar lejano, exhorto y práctica de misiva, pagarán lo mismo que la clase acomodada.

Por la celebración del matrimonio y velación, nueve pesos.

Por la misa á la madrugada ó después de las ocho y por licencia para que el matrimonio se efectúe en otra iglesia que no sea la Parroquia, satisfarán lo mismo que los de la clase acomodada.

IV.—Los de la clase proletaria pagarán en sus presentaciones, por formar el expediente matrimonial, dos pesos.

Por las tres moniciones conciliares, un peso.

Por un ocurso que se haga á la Sagrada Mitra pidiendo alguna dispensa ó por otro motivo, un peso cincuenta centavos.

Por un exhorto y ejecución de misiva, pagarán lo mismo que los de las clases anteriores.

Por la celebración del matrimonio y velación, cinco pesos cincuenta centavos.

V.—Los pobres de solemnidad serán tratados con la mayor caridad, darán lo que buenamente puedan y aún se les hará todo de gracia si necesario fuere.

ALGUNAS REGLAS GENERALES.

1a.—Quedan vigentes en cada Diócesis los derechos establecidos por dispensas que se pidan á la Santa Sede, á la Delegación Apostólica y á la Sagrada Mitra.

2a.—Queda vigente también lo que por decreto especial ó por legítima costumbre háyase establecido, en cada Diócesis, respecto de la distribución de los derechos, á la Parroquia, fábrica, sacristía, notaría, etc.

3a.—En el caso de que se presente alguna persona pidiendo rebaja de los derechos aquí consignados, y sea digna de que se acceda á su pretensión por sus circunstancias particulares de pobreza ó urgencia de que se le administren los Sacramentos por el estado de su alma, deberán hacerlo así los párrocos, y en el caso de que se necesite ocurrir á la Sagrada Mitra por alguna dispensa ó concesión, ésta disminuirá también los derechos con proporción de la rebaja que hiciere el curato, en la inteligencia de que pagándose íntegros á la Parroquia, así también se satisfarán los de la Secretaría.

4a.—Los Señores Curas cuidarán de que los derechos de presentación y trámites se enteren al efectuarse dicha presentación; los del matrimonio, antes de que éste se celebre, y recogerán y remitirán oportunamente los que á la Sagrada Mitra correspondan.

5a.—Las trece monedas de arras se pondrán por los pretendientes y se les devolverán; solo en caso de extrema pobreza se pondrán por la Parroquia como es costumbre.

APPENDIX

DECLARATIO SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI

PII PAPAE X

ILLI. AC RME. DOMINE:

Solenter examini subiecta fuit praescriptio lata ab Episcopis istius Provinciae Ecclesiasticae, in Conventu Episcoporum habito Moreliae Mense Ianuario proxime elapso, vi cuius obliigatio imponitur cunctis sacerdotibus, sive regularibus sive saecularibus explicandi Evangelium dominicis diebus in singulis missis privatis etiam in privatorum oratoriis.

Gratum mihi quidem est significare Dominatione Tuae Rmae. SSmum. Dnum. Nostrum praecipere non solum saecularibus sacerdotibus verum etiam regularibus omnibus obedire praedictae obliigationi.

Quae dum exequor, occassionem arripio me subscribendi.

Dom. Tuae Rmae.
Servus

R. Card. MERRY DEL VAL

Romae, die 9 Novembris ann. 1903.

Rmo. Dno. ATHENOGENI SILVA,
Archiep. Mechoacanen.

